

Grundbuch


I

5

N^o 3^d

Zur Bibliothek des Königl. Kollationshofes
Militär- und Infanterie-Regiments





6

DISPV TATIO THEOLOGICA INAVGV RALIS
DE
SVSTENTATIONE
VITAE NATVRALIS
CEV FRVCTV
REDEMPTIONIS
IESV CHRISTI

Q V A M
P R A E S I D E
V I R O S V M M E V E N E R A B I L I
I O . E R N E S T O S C H V B E R T O

SANCTAE THEOLOGIAE DOCTORE
ABBATE COENOBII AD LAP. ST. MICH. THEOLOGIAE PROFESSORE
PVBLICO ORDINARIO SEMINARII THEOLOGICI DIRECTORE
ET FACVLTATIS THEOLOGICAE H. T. DECANO

P R O S V M M I S
I N T H E O L O G I A H O N O R I B V S
R I T E C O N S E Q V E N D I S
I N A C A D E M I A I V L I A C A R O L I N A
D . X I V . I V N . A . R . S . C I D I O C C L I V
H O R I S A N T E E T P O M E R I D I A N I S

P V B L I C E T V E B I T V R
G E O R G . C H R I S T O P H . O E S T E R R E I C H

A M P L I O R I S I N D V C A T V B R V N S V I C O - L V N E B V R G I C O
I N S P E C T I O N I S B A R V M E N S I S S Y P E R I N T E N D E N S
E T E C C L E S I A E H V I V S N O M I N I S
P A S T O R .

H E L M S T A D I I
L I T E R I S S C H N O R R I A N I S

(4)

INSTITUTIONES THEOLOGICAE IN VENERABILIS
DE
SUSTENTATIONE
VITAE NATURALIS
CONFRATERNITATIS
REDEMPTIONIS
IESU CHRISTI

PRÆFATIO
IO. ERNESTO SCHUBERTO
PROFESSORI THEOLOGICAE DOCTRINAE
IN ACADEMIA VITAE NATURALIS
P. R. O. S. V. M. M. I. S.
IN THEOLOGIA HONORARIUS
P. R. O. F. E. S. S. O. R.
GEORG. CHRISTOPH. OESTERREICH
P. R. O. F. E. S. S. O. R.
P. R. O. F. E. S. S. O. R.

HEIMSTADT
LITÆRIS SCHNORRERIANIS





STRVCTVRA
TOTIVS TRACTATVS.

CAPVT I.

Agens de nonnullis, quae argumen-
tum tractandum e longinquo spe-
ctant, viamque velut ad illud mu-
niunt.

CAPVT II.

Rationes et fundamenta sistit, quibus con-
ficitur,

ficitur, *Christum* Mediatorem esse, ex cuius redemptione omnis vitae humanae naturalis sustentatio ceu fructus propullulet progerminetque. Pertractantur istae rationes, quae sequuntur, Sectionibus.

S E C T I O I.

Merito *Christo* pro nobis, satisfactis, omnia, quae modocunque nobis, adeoque etiam in naturalibus, bona obtigunt, accepta reverenda sunt.

S E C T I O II.

Per *Christum* redemptorem ius in creaturas, quo in felix nos peccatum primorum parentum primum exiit, restitutum nobis postliminio atque vindicatum est.

S E C T I O

SECTIO III.

Christus totius hominis, adeoque etiam corporis, Redemptor est.

SECTIO IV.

Christo in utraque sua natura redemptori nostro, secundum humanam illam, quatenus arctissimo et personali nexu atque unione divinae non separabilis iuncta est, regnum *potentiae* Pater tradidit; quod ipsum cum regnum hac ratione Eidem *Christo* competens, in se spectatum, non nisi unum sit, licet diverso considerari modo queat, eo illi magis adscribendum est, quoniam absque *potentiae* regno, ne illud quidem, quod *gratiae* esse

m esse,
s vitae
io ceu
rminet-
ationes,
us.

tientis,
nobis,
s, bo-
erenda

creatu-
ccatum
m exu-
liminio

SECTIO

dicimus, exercere in homines ullo modo valeret.

SECTIO V.

Vt panem, nostrum quotidianum, in singulis vitae nostrae diebus, cum fiducia, in ipsius merito fundata, a *Patre* nostro coelesti exposcamus, Idem iste mellitissimus sufficientissimusque Servator, suavissime iubens, facit potestatem.

SECTIO VI.

Omni modo DEVS summam et enarrari neciam devini sui nominis gloriam, eo ipso evehere, atque in profundam nostram venerationem admirationemque testatam facere voluit, quando multivaria sua per
Christum

Christum parta in quocunque istius exercitio, largissime nobis gratia, et ad plenissimam indigentissimorum nostrorum satietatem exhibetur.

C A P V T III.

Modum divinae benignitatis atque indolem per redemptionem *Christi* excitatione tradens, qua dictam sustentationem pro sua et sapientia et liberrimo agendi suaeque distribuendi arbitrio, placatum Numen nobis impertit. Quod iterum ab it in sua membra.

C A P V T IV.

Capita morum, officiique nostri rationem exponens, qua et *Christum* naturalis

ines ullo

m, in sin-
s, cum fi-
undata, a
oscamus,
icientissi-
time iu-

arrari ne-
gloriam,
a profun-
m admi-
cere vo-
ua per.
Christum



ralis vitae nostrae Sustentatorem
agnoscere; Ipsius porro exhibita
nobis huius generis beneficia rite
collocare, et in Eiusdem denique
honorem gloriamque habitam usur-
pare debemus.





C A P V T I.

AGENS DE NONNVLIS, QVAE ARGV-
M TVM TRACTANDVM E LONGINQVO
SPECTANT, VIAMQVE VELVT
AD ILLVD MVNIVNT.

§. I.

*Christus omnium bonorum origo, quod S. Scriptur.
testimoniis*

Fontem et scaturiginem omnium, quae ho-
minibus peccatoribus contingunt, varii ge-
neris bonorum, siue illa vitam naturalem
spectant, siue spiritualem tangunt, aut fu-
turam denique beatitatem perficiunt, Do-
minum IESVM CHRISTVM, Servatorum nostrum
esse in sua, nobis facta, redemptione, et quod inde
resultat, merito, nemo facile ullus negaverit, qui,
B quae

quae in huius suavissimae rei documentum sacrae paginae tradunt, iis fidem habet, rei que ipsius et ponderare momenta, et considerare didicit indolem. Et quidem, quod ad divinarum literarum testimonia primum attinet, ad unum omnibus Illum bonis plenissimum refertissimumque esse, satis ea *plenitudo* docet, quae Illi tribuitur a Iohanne Evangelista Cap. I, 16. et Paulo Apostolo Coloss. I, 19. Eph. III, 19. I, 23. Philem. v. 6. et praesertim Coloss. III, II. ubi *Christum τὰ πάντα* vocat. Cui etiam accedit Petrus 2. Ep. I. 2. 3. 4. ut plura alia iam loca taceamus. In eandem quoque sententiam *fons* dicitur, Pf. XXXVI, 10. LXV, 10. Apoc. XXII, I. Ioh. VII, 37. sq. *vitalis* nempe, illiusque tum *naturalis*, tum *spiritualis*, tum etiam *aeternae*, add. Ier. II, 13. Ioh. IV, 9. 10. conf. SALOM. GLASSIVS *Rbetor. S. p. 1708.* 10. GE. DORSCHVEVS *Theol. Zach. Part. I. p. 123.* summaque de illo praedicatur *fertilitas, facietasque*. Apoc. XXII, 2. Ezech. XLVII, 12. Esa. LV, 1-3. Zach. VI, 12. Pf. XXXVI, 9. Ioh. X, II. Pf. XXIII, I. sqq. Neque sua emphasi caret, quando non tantum dicitur *plenus*, in concreto, verum etiam *plenitudo* ipsa in abstracto: quia scilicet omnia cuiuscunque generis bona ex illo suam originem habent, in eo tanquam ipso fonte reperiuntur, et in universam nullae pauperculis hominibus sive divitiae sive refocillationes competere possunt, nisi ex eodem illo qui ditissimus, Prov. VIII, 18. 19. sq. Rom. X, 12. pariter ac beatissimus est. I. Tim. I, II. VI, 15. *Habitat enim in illo plenitudo*, Coloss. I, 19. et illa quidem *deitatis* Cap. II, 9. non solum quatenus

quatenus ipse *Deus*, et secundum naturam suam di-
vinam; sed etiam qua *homo* est, secundum humanam
suam naturam divinae, in qua subsistit, per arctissi-
mam, eamque personalem, iunctam unionem. Cu-
ius etiam communicationis idiomatum divinorum be-
neficio in ipsius unione personali factae, immo ad
istius modum, adeoque ex se ipso suaque ipsius ple-
nitudine, omnia nobis, praesertim tamen, qui in
ipsum credimus, bona impertit. conf. MEISNERVM
ap. CALOVIVM in *Bibl. Illustr. Vol. II. Tom. II. p. 308.*
a. et IO. HENR. MAIVM in *Select. Exercitatt. Phi-
lol. Exeg. Tom. II. p. 565. sq.* add. b. CANZIVS in
Contin. Medit. REINBECK super A. C. Med. 48.
f. 27. sqq.

§. II.

et ex rei ipsius confirmatur considerata ratione.
Sed ipsa quoque res ita ut statuamus postulat.
Quum enim heic de hominibus peccatoribus nobis
sermo sit, illis quidem, quorum non solum ipsa de-
nominatio, (dicuntur enim מַשְׁכִּימִים a miseria incurabili, in quam per peccatum inciderunt, siquidem
מַשְׁכִּימִים significat incurabiliter aegrum esse, vid. HERM.
DEVSINGIVM *Bibl. Brem. Class. III. p. 775. et IO.*
HENR. MAIVM in *Oeconom. V. T. p. 290. sqq.* et
ταλαιπωροὶ lamentabiles, sive luctu pleni. Rom. VII.
24.) omnimodam miseriam egestatemque prodit;
Sed quos etiam omni sua, quam, cum recentes e
Creatoris manibus facti prodirent, habebant, felici-
tate

rae pa-
t pon-
lolem.
monia
is ple-
ado do-
Cap. I,
9. 1. 23.
Christum
Ep. I.
eandem
VI, 10.
ne nem-
cum
o. conf.
o. GE.
nmaque
c. XXII,
12. Pf.
eque sua
plenus,
btracto:
na ex illo
onte re-
is homi-
ere pos-
ov. VIII,
t. I. Tim.
Coloff.
on solum
quatenus



tate dignitateque peccatum exiit; Rom. III, 24. clavis certe argumentis signisque lucet, nullam iis nunc omnino adhaerescere dignitatem, qua permotus DEVS sua ipsis bona, quae cum haberent, dilapidaverunt turbiter, iterum exhibeat, neque inesse illis vires, quibus innixi ipsis sibi acquirant. Quae cum ita sint, alterutrum horum ut statuatur et eveniat tandem necesse est, aut ut denegentur illis plane, quibus ut fruantur sunt indignissimi, quod esset non culpandae *injustitiae*; aut conferantur iis denuo propter alterius cuiusdam ad illorum utilitatem redundantem excellentiam *Christi* scilicet, cuius redemptionis meritique virtute et adquiri nobis omnia possunt, et ut destinata nobis, ceu vere nostra exhiberi, quod non promeritae gratiae est, et infinitae h. e. divinae *miseri cordiae*. Hinc per insignem et solatii plenam oppositionem, intuitu hominis, qui ob fragilissimum miserimumque statum suum *Enosch*, et propter vilio rem suam conditionem, quam peccans induit, *Adam* dicitur, summus et divinus illius restaurator Servatorque Messias, *Isch*, VIR in excellentissimo et praestantissimo sensu vocatus; utpote qui ille Ipse *NTT* est, qui in meliorem, et undiquaque felicem nos homunciones vindicare statum suscipiat, nostraque restauratio, quod non nisi suarum virium est, plenissime facta, summam infimul DEI gloriam instaurabit mirifice. vid. Zach. VI, v. 12. 13.



§. III.

Quomodo hic Christus considerandus veniat.

Quod ipsum cum et de naturalis vitae nostrae sustentatione, licet in tenuiori sensu, verum sit, uti deinceps hoc demonstratum ibimus, explorata nobis ratio rei est, *Christum*, iam nobis non praecise atque unice ut *Deum*, hoc est, cui ceu Creatori et sustentatori omnium a se factarum rerum, et vita nostra naturalis utrumque debet, considerari, sed ut *Redemptorem* et *Mediatorem*, i. e. *Deum-Hominem*, qui, ut concessa nobis, ex sua ipsius pariter atque Patris et Spiritus Sancti una eademque virtute essentiali, naturalis vita, foveatur, conservetur et vigeat, efficacissimo suo plenissimoque merito procuravit.

§. IV.

Quid sit vita naturalis et humana.

Vita naturalis, de qua loquimur, illa ipsa vita est, quam in sensu physico etiam animale[m] vocant, quamque homo, qua unum corpus suum consideratus, cum ceteris communem animantibus habet, et quae in motu physico consistit, qui circulantis sanguinis, nativique cum illo coniuncti caloris beneficio, efficitur. Vid. Ven. IO. GEORG. WALCHIVM in *Lexico Philos.* voce *Vita*. Qua vero ratione illa praecise intuitu *hominis*, qui corpore et anima, ea-

que ratione praedita, constat, adeoque in *sensu morali*, quo vel maxime *vita humana* est, consideratur; ita illius etiam vitae, ad rectum eique a Creatore praefixum usum transigendae, habenda ratio est, hunc scilicet, ut illam eo, quo nos tanquam creaturas ratione instructas, et ad Istius imaginem factas, eum maxime decet, modo vivamus, fini item nostrae creationis, qui cum gloria DEI nostrorummet vera felicitas est, instituatür convenienter. Quae quidem felicitas tum nobis obtingit, quando cum quod gratissimum DEO est, tum etiam expedit nobis, curate eligimus et studiose facimus, adeoque illae ipsae vitae finis curae nobis est, qui et a DEO illius tam auctore quam conservatore unice respicitur.

§. V.

Quid vitae sustentatio?

Sustentatio, tum omnium rerum, quae a DEO factae sunt tum *hominis* speciatim est pars divinae providentiae, quae, si in ipso suo exercitio consideratur, cum pro intrinseca sua ratione, universali omnium rerum cura absolvatur, unde etiam uno *operationis* verbo comprehenditur, Ioh. V. 17. Prov. XVI. 4. tribus, sed inter se invicem coniunctissimis, actibus constat, nimirum *conservatione*, *concurso* et *gubernatione*; quorum ille omnium creaturarum, iste eorum, quae vitam habent animale, hic vero quam maxime hominum est. Ven. WALCHIVS l. c.

p. 2788.

p. 2788. et BVDDEVS in *Institut. Theol. Dogm. L. II. C. II. §. 46. 49.* Horum trium providentiae divinae actuum, qui nostro concipiendi modo constituuntur, primus sive conservatio et sustentatio, quae alias et providentiae, in sensu latiori sumtae, nomine venire solet; praeterquam quae circa omnes omnino creaturas prospiciendo versatur, illas etiam minutissimas vilissimasque, quod utique non magis indignum DEO, quam illarum productio censeretur, circa *homines*, qui potiore, si ab angelis discefferis, inter res creatas, h. e. pro huius vocis in Theologorum praecipue scholis obtinente usu, *ex nihilo productas*, vid. HERM. WITSIVM in *Exposit. Symb. Apost. Exercit. VIII. §. 1-8.* locum tenent, praecipua et eminentiore sese ratione exserit. In DEO enim, dicente Apostolo Act. XVII, 28. *vivimus, agitur, et sumus*, quod praecipua quadam eaque de hominibus ratione pronuntiat, quali de aliis creaturis fieri non potest. Vnde statim, idque non sine ipsius Spiritus Sancti inspiratione ex Cleanto Aratoque poetis addit: *nam eius quoque sumus progenies*; id quod non nisi de hominibus, cum respectu ad trina, quae a trinuno impetrarunt, sique velint, adhuc impetrare possunt, summa beneficia, *creationis, redemptionis* per filium DEI, hominem factum, praestitae, et *sanctificationis* per Spiritum S. efficiendae, praedicari potest. 2. Pet. I, 4. Eph. II, 10. Praeterea, cum homo ut creatura, corpore animaue constans, eo respectu nullam sibi aliam habeat similem, quae primo loco Apostolus protulit, sicuti totam hominis a DEO sustentationem comple-

complectuntur, ita eiusdem essentiae apprime conveniunt: *Vivimus* enim in DEO ut *Spiritus*, quorum vita cogitare est; *agitamur*, ut corpora; et *sumus* ut creaturae, suam habentes substantiam.

§. VI.

An sit continua creatio?

Sustentationem, quae creaturis exhibetur, homini autem, prouti iam vidimus, potiori ratione contingit, *continuum creationem* dicere nihil impedit; modo non simpliciter et in sensu strictiore utraque vox sumatur. Etenim per sustentationem, quae antea non erant, DEVS non producit; Sed aut iam primitus producta, aut quae iuxta constitutum naturae ordinem, stasque generationum leges proveniunt, in suo statu conservat, et illud quidem validissimo suo verbo, hoc est, voluntate, quae, quicquid sibi placet, et producere potest, et productum quoad essentiam, existentiam et vires collatas, prouti sibi visum est, sustinere. Vid. IO. GVST. REINBECKIVM in *August. Conf. Med. 18. §. I.* Est itaque haec impropria vocis *creationis* acceptio, in qua adhiberi isthaec locutio utique potest, quam etiam IO. FR. BYDDEVS in *Instit. Th. Dogm. L. II. C. II. §. 47.* admittit, ita tamen, ut eam, qua tamen iam §. 42. sine limitatione ipse usus erat, non satis claram esse iudicet atque perspicuam. conf. PET. V. MASTRICHT *Theol. Theor. Pr. L. 3. C. 10. S. 7. §. 8.*

§. VII.

§. VII.

*Humanae sustentationis ratio uberius exponitur,
et de mediolorum, illuc facientium iusto
usu praecipitur.*

Includit nostri sustentatio, de qua nunc specia-
tim agendum est, tum ipsius essentiae nostrae, vi-
riumque nobis collatarum naturalium in suo vigore
conservationem, tum etiam suppeditationem eorum,
quorum ad id usus requiritur. Porrigit igitur nobis
DEVS sustentator *cibum potumque cum alimentis va-*
rii generis; item quae obtegant et ab aëris iniuria
debile corpusculum defendant, *vestimenta*, cum ne-
cessario *quietis somnique* ad deperditas debilitati la-
bore corporis vires revocandas, usû atque percepti-
one. Et sunt haec quidem eius modi beneficia,
quae conservationem vitae nostrae animalis per se
ipsam ingrediuntur, et sine quibus nulla ista ratione
persistere potest. Requiritur tamen etiam non
pauca, quae ad eundem finem collimant, eiusque
obtinendi causa censerî debent necessaria; qualia sunt:
impensi *laboris faustus successus*; *habitatio* commoda
iustum; *tempestatis sanitatique* conveniens tempera-
mentum; *aura* salubrior; quibus tabescenti languen-
scentique corpori subveniri potest, *medicamina*; tran-
quillum *hominum commercium*, et, si permultorum
aliorum superfedere commodorum recensione veli-
mus, *casuum* quoque, quibus in discrimen vita ad-
duci poterat, per boni rectique amantis *magistratus*
vigi.

vigilantiam; inprimis vero per tempeſtiva bonorum *angelorum ministeria*, quibus ſuo ne ipſi impii modo plane deſtituuntur, malorum averſiones atque propullationes. Haec nobis, inquam, et praecipue, quae primo loco nominavimus, non tam ipſe nobis DEVS benigniſſime porrigit; verum etiam ut illis, pro ſuo et quantum ipſi poſſumus modo noſtri ſuſtentationem utamur, praecipit atque mandat. Et hiſce quidem mediis utitur DEVS, non ac ſi ipſi citra illa ſuſtentationis virtus deficeret; ſed ut abundantem ſuam bonitatem eo magis commonſtret, dignitatem alicuius efficientia illis communicet, et quae in illa ſua ipſius ſunt, tanto magis reddat conſpicua. Vnde etiam eſt, ut producendo effectui nobiliſſimo media per ſaepe adplicet tenuiſſima viliffimaque; 1. Cor. I. 27. 28. 2. Paral. XXIV. 24. efficaciſſima autem irrita ſubinde reddat; Pf. XXXIII. 16. 17. immo contra mediorum naturam non raro operetur; Dan. III. 27. 21. 24. ſemper vero quibus commodis utitur, media, eorumque inditae virtutis excitatio et ad obiectum applicatio, ab ipſo uno ſine medio pendeant. Conf. PET. V. MASTRICHT *Theol. Theoret. Pract. L. III. C. X. Sect. I. §. 24.* Vtendum vero, quae ſuppent, mediis recte eſt, h. e. prouti *homines* ratione praeditos, et quod hoc magis eſt, *Chriſtianos*, fidem habentes, decet. Quorum ſi utrumque abſit, aut ſaltem prius deſideretur, hominesque, quod ſepiſſime contingit, in illorum, quae ad vitam conſervandam faciunt, uſu, rectae ſanaeque ſuae rationi non obtemperant; tunc ſane ipſi, quo

quo minus vita sustentetur, sed prius, quam ex intentione DEI, corporisque firmiore compage valetudinisque habitu fieri debebat, destruat, et hostili quasi petita impetu ante tempus fictilis corruat machina, huius culpam rei sustinent. Nimirum, licet sustentatio nostra et unius DEI opus sit, et ut Creatorem cum maxime illum deceat; non tamen citra legitimum nostrae rationis, illique consentaneum praescriptorum mediorum usum, ullo nos modo, cum ipsi alias miraculum faciendum esset, conservabit.

§. VIII.

Omnium officiorum Mediatoris in nostra sustentatione ratio habenda est.

Quando vitae hominum naturalis conservatio Christo ut Redemptori adscribitur, per se patet, praecipuam in hoc negotio illius officii, quod ut sacerdos gessit, et adhuc dum certo modo sustinet, habendam rationem esse. Hoc enim, cum in sensu strictissimo Eum ceu Mediatorem, bonorumque, quae deerant nobis, omnium acquisiteorem sistat, faciatque, ut, quae tamquam Sacerdos nostri causa et loco praestitit, specialissime Ipsius meritum dicatur; cf. BVDDEVS l.c. L. IV. C. II. §. 29. et Ven. IAC. SIGISM. BAYMGARTENIVS in *Consil. Theol. Part. V. p. 215.* omnia certe, quaecunque nobis bona contingunt exhibenturque, sive illa temporalia sive spiritualia sive futu-

rae aeternitatis sint, exinde debent etiam derivari. Sed vero et *Regii* et *Prophetici* officiorum ratio hic habenda est. Omnia in triplici, quod dicitur, regno suo, adeoque et in regno naturae et potentiae sibi subiecta habet ut *Rex*; Ps. II, 6. VIII, 7. Matth. XXVIII, 18. ut *Propheta* autem et *Doctor* omnium *Doctorum* summus et maximus, rectam nobis viam rationemque commonstrat, tum sua cuiuscunque generis bona quaerendi, ordinandi, et adipiscendi, tum quoque ad illorum possessionem reddit idoneos. De regno illius *potentiae* et *gratiae*, eorumque in hoc, quod tractamus, negotio arctissima coniunctione, deinceps dicendi locus erit. Interim de illo videantur MICH. FORTSCHIVS in Dissert. *de efficacia meriti Christi in regno potentiae*, et IO. WINCKLERI Tract. germ. sub tit. *das vollkommene Alles unferer Seelen, Jesus Christus der gezeugte*, quorum tamen scriptorum, et quae inibi solidissime nec minus pie dicta sunt, nulla nobis inspiciendorum copia fieri potuit.

§. IX.

Meriti Christi duplex consideratio.

Ex Redemptione Christi, quae ex soluto praestantissimo sufficientissimoque pretio facta est, 1. Pet. I, 18. 19. 2. Pet. II, 1. Gal. III, 13. Matth. XX, 28. 1. Tim. II, 6. Rom. III, 24. ratione *Christi* Mediatoris efficientis, resultat *meritum*, quod eorum omnium causa, quorum peccata et faciendo et perpetiando luit, quosque

que apud DEVM in gratiam restituit, qui sane, multoties hoc scriptura testante, tot plane sunt, quot suis pereundum peccatis erat, ea sua redemptione et satisfactione acquisiuit. Ratione nostrum autem, omnis generis suavissimi utilissimique fructus, qui universam nostram felicitatem absolvunt, adeoque tum corpori tum animae, utrique etiam suo modo in aeternum; sive partim iis in hac iam vita obtingunt, certe obtingere omni modo possunt, partim vero, si quidem vera, tum constans in *Christum* fides adsit, in ista quae futura est, certissime sunt percipiendi. Licet itaque meritum Christi subiective et *inhaesive* in illo ipso sit, in nos tamen tendit, et sicuti nostra acquisitum causa, ita *obiective* in nobis est, ut adeo nihil quicquam sibi ipse *Christus* promeruerit. Quam in rem videndi sunt IO. HVLSEMANNVS in *Pentagono Christiano*; IO. REINH. RVSIVS in *Harm. Evangelist. T. 3. p. 1497.* SCHERZERVS *Coll. Anti-Socin. Disp. 55. p. 455.* WOLFG. IAEGERS in *System. Theol. Dogm. Polem. L. 2. Contr. III. et GE. LVD. OEDERS in Exam. Catech. Racov. p. 735. sqq.*

§. X.

*Et duplices fructus, ex uno tamen fonte
proffuentes.*

Quantumvis autem non unum idemque fructuum, e merito Redemptoris propullulantium, pretium statuendum, nec parilis illorum dignitas sit, dum

qui animam hominis tangunt, eiusque perfectam qua tempus, qua aeternitatem restitutionem exhibent, solius corporis bona suo pondere certissime vincunt; utrosque tamen redemptioni sospitatoris *Christi* debemus, sine qua, ut suo ipsius infortunio, qua corpus et animam, idque etiam in aeternum, supprimatur infelicissimus homo, necesse esset. Proinde etiam, sicuti omnia tum corporis tum animae bona, ab uno nobis Mediatore obtingunt, et ad unum scopum, nostram scilicet omnimodam redintegrationem restitutionemque collimant; neutrum horum nobis negligendum, sed unum quodque istorum, ardore tamen iustis suis limitibus circumscripto, a *Christo* promerente expectandum, atque ex eius plenissimis gratiae thesauris sumendum est. Praeter ea corporis animaeque salus reciproco invicem nexu ita combinatur, ut, qui alterutrum harum negligit parumque curat, alterius enim, adeoque omnis suae salutis fructu plane excidat. Rom. XIII. 14. i. Cor. VI. 20. Coloss. II. 23. Vnde porro concludimus, quod, cui ex meriti *Christi* virtute, vera fide apprehensi, ratione corporis sui status etiam in afflictissimis rebus, bene est, istius etiam animae recte, illamque bene esse constitutam, et alterna vice. Cuius rationem rei introspicere, certe non rationis sed fidei, et divinae luce mentis collustratae est. Conf. Rom. VIII. 35. sqq. 2. Cor. VII. 4. VI. 4-10. IV. 7-10. it. v. 16. Toto namque nobis persfruendum *Christo* est; sicuti etiam per illius meriti summam efficaciam, nostris ad unam omnibus succurri necessitatibus debet, et adhiberi medela.

§. XI.

§. XI.

*Redemptionis Christi ratio et fructus
exponuntur.*

Ipsa autem *Christi* redemptio, quae *proprie* liberationem per constituti pretii solutionem notat, quali captivi liberantur milites Ebr. IX. 12, 15. Luc. II. 38. Rom. VIII. 23. Coloff. I. 14. licet *improprie* etiam liberationem absque pretii solutione in scripturis invenias A&t. VII. 35. si rem ipsam spectemus, duobus potissimum effectibus absolvitur; quorum *prior* est liberatio a peccatis et ira divina, illius causa in nos concitata, cum omnibus exinde resultantibus malis; *posterior* autem, sed illi coniunctissimus, recuperatio gratiae DEI omniumque, quae trahit illa, bonorum, sive illis fruamur in hac vita, sive cumulemur in altera. Ioh. X. 11. Ebr. V. 9. Luc. I. 71. sq. Matth. I. 21. A&t. IV. 12. Et ad peccatum quidem, illudque in se ipso spectatum, quod attinet, tollitur per *Christi* redemptionem tum illius, qui nos premit, *reatus*, tum, quam promeruimus, *poena*, denique, cui succumbimus, *dominium*. *Reatus* quidem, ut propter satisfacientem sua perfectissima obedientia laesae divinae iustitiae *Christum*, nobis non amplius imputetur; Rom. III. 7, 8. A&t. X. 43. 2. Cor. V. 21. *Poena*, ut plene nobis, et ita etiam remittatur, ut quae subinde etiam ob transgressiones antea commissas, in nos irruunt calamitates et castigationes, remissis propter *Christum* peccatis, nullam poe-
nae

nae rationem habeant, nec nocivi quicquam trahant; Ebr. XII. 5. 6. Prov. III. 11, 12. Apoc. III. 19. *Domini-um* autem, ut, si vel maxime in sit nobis cordaque fide in conversione purgata insulcibus subinde suis peccatum infestet, impetusque in illa graviores faciens, imperii iam amissi habenas recuperare tentet; illud tamen in iis, qui gratiae subsunt, quousque rebus suis recte attendunt beneque invigilant, nullo modo exercere queat, sed spiritui regnanti reluctantiue debeat succumbere. Rom. VI. 14, 17, 8. Gal. V. 17. Quod si vero ratione *exercitii* et *actuum* suorum peccatum consideretur, *voluntarii* illi quidem, qui gratiae statui et ex eo resultanti spirituali libertati obstant, per redemptionis *Christi* fiducia sancta adprehensionem plane abiguntur. Illi autem, qui imbecillitatis humanae indicium sunt, neque gratiae statui repugnant, ita a DEO, suis prospiciente, diriguntur, ut non tam nocere sanctis non possint, quam ad ipsius etiam gratiae augmentationem, et sanctitatis provehendum studium, si quidem eiusdem gratiae et spiritus sancti moderamen rectum cum interna, ut in regenitis semper, si quid forte titubatum est, fieri assolet, astigatione et reprehensione, accedat, sub eaque fideles curate maneant, plurimum facere possint.

§. XII.

Eius ad pium usum applicatio.

Et habet quidem, ut religiosa mente haec porro addamus, isthaec huius rei consideratio, largissimum

mum suum influxum in naturalis vitae varios casus,
 multumque facit ad illius sobriae, quiete et feliciter
 transigendae rationem. Scimus enim, quam mole-
 ste illi, qui peccati dominio tenentur, illiusque ad-
 huc constricti laqueis sunt, eas, quibus vita tempo-
 ralis, peccati causa, circumdata atque stipata est,
 ferre soleant calamitates. Quam omnia pro suo ipso-
 rum arbitrio, si possent, regere tentent, certe cupi-
 ant. Quam iniqui suis quiritationibus in divinam
 adorandi Numinis providentiam, sapientissimamque
 gubernationem omnium rerum sint. Quam infortu-
 niorum, casuumque duriorum quorumvis impatien-
 tes; quanto terrenarum, quae obtingunt ipsis, felici-
 tatum abusu sese constringant crimina. Quam per-
 verso distortoque, quae ratione corporis et animae
 adpetenda bona sunt, ordine ponant. Quanta illis
 cupiditate; quanto inflammato animi ardore inhient;
 haec vero quanta oscitantia negligent, altoque su-
 percilio despiciunt. Quam etiam nullae sibi religio-
 ni ducant, et nullius rem pungentis conscientiae exi-
 stiment, qui recto nullisque criminibus implicato
 tramite, hoc est, virtutis via, ad gloriam grassantur,
 iis, quantoscunque possunt, obices ponere, illorum
 famae non minus ingenio quam virtute partae, invidiae
 stimulis agitati, insidiari, eosque limis oculis
 aspicere. Quam porro leviter ducant, quae alio-
 rum sunt, ea invadere, et sua astutia et fraudulen-
 tia variis, tum apertis tum clandestinis, artibus,
 proximum emungere, et cum istius ad summam
 saepius egestatem inde redacti, flebili damno, the-

D

sau-

trahant;
 Domi-
 corda-
 ubinde
 aviores
 re ten-
 quous-
 vigilant,
 nanti re-
 14, 17, 8.
 actuum
 illi qui-
 spiritali
 acia san-
 autem;
 que gra-
 piciente,
 possint,
 nem, et
 em eius-
 rectum
 uid forte
 prehensi-
 maneant,
 haec por-
 largissi-
 mum

auris suis in immensum adauētis, se ipsos reddere ditiores.

Videas nonnunquam eos ambitionis vestro concitatos, honorum dignitatumque suarum, quibus indignisque circumdati titulis sunt, turgidos incedere, et in altum iis, quasi trophaeis proiectis, in alios veluti triumphum agere; illorum augmentationi invigilare; ex iis tamquam ex coactis militibus, ad venerationem aliis atque admirationem ingerendam, quasi phalangem struere; tum studiose quaesita arte, illos tanquam per cursores publicos, per plateas, per vicos, per urbes, denique etiam regiones subinde emittere, eaque ratione summi sui fastigii famam, plenis quasi buccis, inflatisque buccinis protrudere in publicum.

Horum profecto, et quae eiusdem alia generis plura sunt, nihil quicquam, miseri illi committerent, si peccati, vera ad DEVM conversionis beneficio, iugum abiecerint; si misso illius inclementi domino, *Christo* sese manciparent, et Ipsius redemptionis validissima virtute, verae se tradere sinerent libertati.

§. XIII.

Illius continuatio.

E contrario, qui eiusdem utilissimae redemptionis praestantissimos fructus percipientes, peccati a cervicibus iugum suis servile deiecerunt, istiusque erepti

erepti dominio sunt; isti, qua ratione et naturalem vitam recte gerere debeant, et eius sufferre vicissitudines, neque minus quae ad illam bonorum pertinent, iis iustum rectumque statuere, gratia informante, didicerunt pretium. Et sunt quidem et illis suae devorandae molestiae, sive illae a perversis aliorum, cum quibus commixti vivunt, moribus ipsis creentur, sive ipsi per peccata coinquinatae depravataeque vitae temporali adhaerescant, ut sunt: plenissimus aerumnarum cumulus; variae corporis animique aegritudines; laboris sudoriferi asperitas; eiusdem saepiuscule intercurrentis, optimaque etiam intentionis, frustratio, cum multivariis externarum calamitatum, quas nullus declinandi locus est, quae ipsos indissolubili nexu ad turbam usque concitantur, generibus. Videas vero eosdem in omnibus hisce adversitatibus erecto constantique animo esse, spe futurae refocillationis, ac quietis, quin etiam praesentis iam gratiae demulcentis leniter, suavissimarum dulcedinum perceptione suffultos; secure taciteque in divinae providentiae, omnia sapientissime ordinantis disponentisque provida cura recumbentes; neque minus in aliorum, quae exspectant, bonorum certitudine, aut quibus iam nunc exsaturantur, contentos possessione. Et si quid forte, praesertim, ingravescentibus molestiis, et cum res suae adversis restantibus ventis, contrarium cursum tenere incipiunt, aut cum nimium invidiae insectationumque fluctibus obiciuntur, imprudenter agant, aut, quae carnis nostrae imbecillitas est, tristitiae cum animi

dere
con-
ndi-
dere,
alios
oni in-
s, ad
ndam,
arte,
ateas,
sub-
ii fa-
pro-
eneris
erent,
eficio,
domi-
emtion-
nerent
empti-
ccati a
iusque
erepti

inquietudine coniunctae, metui porro aut nimiae ex iucundarum rerum perceptione laetitiae aliisque affectibus succumbant, suaque non satis devincta perversitate agantur in transversum; praeterquam quod istorum facile per *Christum* mediatorum veniam impetrent, per continuum etiam sanctitatis studium divina sanctissimi Spiritus adiuvante et corroborante gratia, istiusmodi imbecillitates emendantur, et dediscuntur hallucinationes. Tanti sane momenti res est, et a *Christo* redemptum esse, et eius ubicunque fructus non minus ad sanctimoniam quam ad iustitiam percipere.

§. XIV.

Quodnam inter redemptionem et meritum discrimen intercedat.

Licet porro redemptio *Christi* cum ipso merito arctissimo constrictum nexu cohaereat, ita quidem, ut quos *λύτρω* suo in libertatem vindicavit, quod utique in gratiam hominum omnium fecit, illis etiam bona, per redemptionem suam parta, promeruerit, et ab interitu eos securos tutosque praestiterit, modo, quod rem continet per veram constantemque fidem se illius reddi velint participes; Ioh. III, 16. XX, 31. non tamen prorsus sunt unum idemque. Separari etenim ab invicem saltem considerationis modo possunt, immo et eatenus debent, quatenus redemptio

ptio prior est merito inde resultante, adeoque tanquam causa et effectus discriminantur. Rursus cum redemptio per Christum facta sit perfectissima Ioh. XIX, 30. Deut. XXXII, 4. coll. Ruth. III, 18. hoc est, ad propulsanda a nobis omnis generis mala et acquirendas cuiuscunque nominis felicitates plane plerumque sufficiens, propter ea idem quoque de Ipsius merito dicendum est, quod scilicet, cunctis a peccato exsurgentibus periculis obsit, et uberrima etiam omnis generis beneficia tam ratione corporis quam animae inde in nos derivari possint, illaque iis potissimum, qui in ipsum credunt, re ipsa exhibeantur.

§. XV.

Conciliato nobis per Christum divino favore, omnes nobis illius thesauri reclusi patent.

Proximum quod sua redimente nobis satisfactione *Christus* acquisivit et ex illius merito fide adprehenso, tanquam praecipuus fructus, nobis impertitur *favor* triunius DEI praecipue vero Patris est. 2. Cor. 5, 18. sq. Rom. V, 8. 9. 10. Qui quidem, cum iam antea suo ipsius intensissimo amore permotus, Filium suum redemptorem, quem ab aeterno commodis nostris destinaverat, nobis in tempore promissit atque exhibuit; Ioh. III, 16. Gen. III, 15. Gal. IV, 4. nunc, quum se Ipsum Ille eum praestiterit, qualem se aliquando futurum esse, in consilio Deitatis ab aeterno

terno factō, v. 10. SCHMIDIVS in *Diff. de Consilio pacis Iehovam inter et virum ZEMACH.* Lips. 1711. PET. ZORNIUS s. Amelius in *Elucidatt. loc. V. T. Tom. I. p. 472.* Ven. MART. GRVLICHIVS in *Disp. inaug. de merito Christi Sect. 3.* et qui plures hanc in rem auctores recensentur ab HERM. WITSIO in *Oecon. Foed. Dei L. II. C. II. §. 16.* et Ven. CHRIST. MATTH. PFAFFIO in *Introd. in Hist. Theol. Litt. p. 230. 375.* amore in nos ductus in se receperat, propensissima in omnes eos, quorum ista redemptione causa acta est, voluntate sese exserit; Ita quidem ut spitatoris merito expectari poterant, nobis deneger, sed cum ipso, quem tradidit nobis Filio pleno, quod dicitur, horreo, in omnes, qui in ipsum credunt, effundat, Rom. VIII, 32. Ioh. I, 14. 16. 17. Esa. IX, 6. 7. LXI, 10. 11. id est, non solum in libertatis a *Christo* parte possessionem, omniumque, quae adhaerent illi, commodorum inferre nobis pedem sinat; verum etiam ad illa ius ipsum in satisfactione *Christi* fundatum quaesitumque, exhibeat tradatque; quo innixi, placato nobis Numini omnia, quae per fidem in Christum nostra fiunt, confidentissimo animo, summa tamen cum reverentia, ita, ut quod ex iure nobis debetur quidem, solius tamen Eius gratiae acceptum referamus, ab eo efflagitare possimus atque deposcere. Esa. I, 127. Zach. IX, 11. Eph. II, 8.

§. XVI.

*Vnde idem dei favor quaerendus nobis omnium
primo est.*

Immo vero et hoc inde prono alveo fluit, quod cum favor divinus, et ex illo nobis tum ipsius Redemptoris, tum etiam omnium, quae Iste nobis acquisivit, bonorum, etiam temporalium, facta concessio, primum nostrae omnigenae felicitatis fundamentum, atque ultima origo sit, nostrum omnino esse, illius possessionem ante omnia quaerere; ut tam nostra in illo qualiscunque felicitas firmissime radicata sit, quam nos, quando ex bonorum possessione fortunatos nos existimamus, eo tamen semper feliciores simus, quo magis favore fruimur Numinis nobis propitii. Tunc enim sicubi forte aliqua nobis terrena bona desint, aut ex Illius sapientissimo consilio denegantur, aut denique illorum nobis facienda iactura sit; illius tamen gratiae, et benevolae voluntatis in nos propendentis inclinationis certitudine, contenti vivere, tum rectum, quae nobis obtingunt bonorum pretium statuere, et quae nobis ad vitae sustentationem necessaria sunt, illa benignissima sapientissimaque Eius voluntate nixi quieto animo et circumscriptis cupiditatibus ab eo poterimus postulare. Certe enim, quaecunque nobis bona sunt, suam a DEO bonitatem habent, qui non tantum summe bonus, sed ipsum etiam summum bonum est; neque minus, cum faveat per *Christum* nobis, illa etiam indulget.

Vnde,

Vnde, cum omnis suo effectui causa dignitate praestet, et, quod in Philosophorum scholis dicitur, *propter quod unum quodque est tale, illud magis sit tale*, favoris quoque divini obtinendi potior nos tenere debet cupiditas, plane ad sententiam optimi Servatoris, qui Matth. VI. v. 33. sapientissime praecipit: *Quarite primum regnum DEI, et iustitiam eius, et haec vobis omnia adicientur; neque magis Paulo quam nobis dictum esse existemus: Mea, tibi gratia sufficiatque. 2. Cor. XII, 9.*



00 A 6359

ULB Halle
002 916 746

3




VD 18

W 17

Retrow







B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres

THEOLOGICA INAUGVRALIS
DE
SENTATIONE
NATVRALIS
V FRVCTV
MPTIONIS
CHRISTI

Q V A M
A E S I D E
I M E V E N E R A B I L I
S T O S C H V B E R T O
H E O L O G I A E D O C T O R E
A P . S T . M I C H . T H E O L O G I A E P R O F E S S O R E
S E M I N A R I I T H E O L O G I C I D I R E C T O R E
S T H E O L O G I A E H . T . D E C A N O
S V M M I S
O G I A H O N O R I B V S
C O N S E Q V E N D I S
M I A I V L I A C A R O L I N A
A . R . S . C I D I C C L I V
N T E E T P O M E R I D I A N I S
I C E T V E B I T V R
I S T O P H . O E S T E R R E I C H
O V C A T V B R V N S V I C O - L V N E B V R G I C O
S B A R V M E N S I S S V P E R I N T E N D E N S
C L E S I A E H V I V S N O M I N I S
P A S T O R .

E L M S T A D I I
S S C H N O R R I A N I S

6

(4)

